

ARITHMETICES

qua nouem faciunt, prouenient 512, loco nono col-
locanda: quia progressio hæc ab vnitare incipit.

OPERATIO.

Si eiusmodi progressionis summam scire cupias,
numerum vltimum multiplica per eum, per quem
reliqui sunt multiplicati, seu à quo progressio no-
men habet à producto, deinde primum progressio-
nis numerum aufer. Quod residuum fuerit, deinde
per numerum vnitare minorem, quam is fuit, per
quem multiplicasti, Quotiens progressionis sum-
mam ostendet.

Exempli gratia.

Vt in presente exemplo in dupla proportione,
1, 2, 4, 8, 16, 32, 64, 128, 256, 512. Vltimum nume-
rum, videlicet 512, per 2 multiplica, quia progressio
est dupla, proueniunt 1024, à quibus primum pro-
gressionis numerum subtrahere, manent 1023, quæ
diuide per num. vnitare minorem quam is fuit, per
quem facta fuit multiplicatio, is erit vnitas, & ha-
bes summam progressionis, videlicet 1023, quia vni-
tas neq; multiplicat neq; diuidit.

ALIUD.

Vendit aliquis equum, & paciscitur cum em-
ptore, vt clauos vnus pedis persoluat, ita vt pro
primo clauo numeret obolos duos, pro secundo sex,
& sic deinceps, proportione tripla, triplum prioris
semper precij: equus autem habeat clauos decem.

CAV-